



Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Pastores jure divino ovibus suis aßiduè adesse debent, etiam periculi & pestis tempore; nec ad mensem à Parochia sua abesse possunt, sine licentia Archiepiscopali, n. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

nem anni piis testatorum voluntatibus
satisfiat, & in cætera Pastoralia munera
omnia, onus Angelicis humeris formi-
dandum , diligentissimè incumbant.
Quis enim nescit, quanti una anima sit
pretii , quarum tot millia Sacerdotum
Curatorum incuriâ pereunt.

(a) I. Timoth. 3. 5. (b) Conc. Trid. sess. 5.
de reform. c. 2. & sess. 23. de reform. c. 1.

Pastores jure divino oribus suis assidue ad-
esse tenentur , etiam periculi & pestis
tempore , nec ad mensem à Parochiâ
suâ abesse possunt sine licentia Archie-
piscopali.

X L I V . Ad præstanda & implenda
hæc Pastoralis officii debita, ad assiduā
apud oves suas residentiam se jure divi-
no obligatos esse intelligant Pastores
omnes, nec posse oves suis metti peri-
culi, vel pestis tempore, deserere , vel
sub prætextu aliorum negotiorum, sine
licentia nostra, nostrive Vicarii in spiri-

D tualī-

rialibus Generalis, ac nisi alteri Archiepiscopali nostra auctoritate approbato Vicario curâ commissa ad unum mensem abesse; idque sub gravibus pœnis à Concilio Tridentino (e) præscriptis. Quod in hac lacrimosa grassantium heresum tempestate, & falsorum Prophetarum, seductorum, hæreticorumque licentiosa inmultitudine, tanquam vigiles Pastorum inspectores, eò diligentius curare teneatur Decani Rurales; qui sicut spirituales, & ut est apud Prophetam *Vespertini*, (b) lupi, latrones, fures, nunquam facilius, quam absente Custode; ita nunquam securius quam ruri, ubi inspectionem suam habent ipsi Decani, Dominicum gregem invadere possunt: quem ut ab insidiis luporum, amor & vigilantia Pastoris debet custodire; ita Decani nunquam ab intentione sollicitudinis suæ quiescentes, dormientem aut negligentem Pastorem, cui speculatores in prospectu explorationis locati, contra advenientes latrones,

trones, & obrepentes fures debent
excitare.

- (a) Conc. Trident. locis supra citatis.
(b) Habac. 1.8.

1. Pastores intra limites suæ Parochiæ, &
in Pastorali, vel aliâ domo Ecclesiæ proxi-
mâ habitent.
2. Idem quoque faciant Custodes.

XLV. Ea propter quotquot ha-
bent animarum curam, non solum in-
tra limites suæ Parochiæ, verum etiam,
quantum commodè fieri poterit, propè
Ecclesiam in domo Pastorali personali-
ter resideant. Quod si talis domus Pa-
storalis non extet, conducant honestam
aliquam domum, Ecclesiæ Parochiali,
quantum fieri potest, proximam: & in-
terim agant cum suis Parochianis de
modo & ratione alicujus domus Pasto-
ralis ædificandæ. Si verò familiam non
alant, habitationem eligant non procul
ab Ecclesia, nullo tamen modo in diver-

D 2 forio,